

Band IX., Nr. 3903, Seite 311-313

Die Brüder Poppo, Marquard und Erlewin von Möckmühl verkaufen dem Kloster Gnadental ihren von Gottfried von Hohenlohe lehenbaren Zehnten zu Kochersteinsfeld.

Öhringen, 1289. November 18.

Nos Poppo, Marquardus et Erlewinus fratres dicti de Meckemule una cum matre nostra Frideruna cunctis seriem presentium visuris notitiam subscriptorum. Cum necesse sit ea, que aguntur in tempore, ne simul labantur lapsu temporis, ut probabili testium argumento et sripture memoria perhennentur, dignum duximus serie presentium protestari, quod unanimi consensu median- te tertiam partem decime in Steinsvelt nos contingentem cum decima rerum minutarum aliisque attinentiis, decima vini excepta, vendidimus pro centum et quadraginta libris Hallensium et XIII solidis honorabilibus domine . . ab- batisse et conventui in Gnadental perpetuo possidendam. Cum igitur infeuda- ti simus eadem decima per nobilem virum dominum Gotzonem de Hoenloch, qui dominium infeudandi titulo possidet eodem a reverendo domino Herbi- polensi episcopo, qui potitur titulo proprietatis in eadem, astrinximus nos sub observantia iuramenti prestiti, fideiussoribus insuper videlicet Marquar- do de Steinsvelt, Heinrico de Ropach et . . dicto Strucelin de Steinsvelt una nobiscum sub datione fidei obligatis, ut usque ad festum pasche nunc instans a prefato domino . . episcopo proprietatem iam dicte decime honorabilibus domine . . abbatisse et conventui in Gnadental expedire nanciscamur absque ipsorum laboribus et expensis. Alioquin extunc octo diebus elapsis opidum Orengau sub consueto fideiussionis obstagio intrabimus non exituri, quousque per nos expedita fuerit ut prehabitu est proprietas decime memorate. In- super ad habundantem warandie cautionem possessorie dedimus supradictis domine . . abbatisse et conventui redditus annuatim XVI librarum proprietatis nos titulo atingentes, videlicet duas libras cum dimidia in torculari Steinsvelt in censu, domus Cûnradi sutoris unam libram et domus Heinrici dicti Wilden VI solidos preter duos denarios, item de duobus iugeribus vineti que dicun- tur vinee Hugonis unam libram, in Meisenhalden de curia Rûlighi tres libras preter quatuor solidos, item bona in Tegerenbach XVI solidos, de duabus curiis in Rosredhe¹ VI libras cum dimidia, quarum coloni sunt Wlframms et Heinricus de Kessach, item de feudo sito in Niderenkessach unam libram et VII solidos et de alio feudo VI solidos, quod possidet Cunradus Redhe.

¹Rossach, Schöntal, KÜN.

II

Expedita vero per nos proprietate decime prefate secundum modum et seriem pretaxatam fiet per consequens nobis bonorum restitutio predictorum. Nos vero extunc per annum et diem, ut terre vulgaris exigit consuetudo, cum obligatione fideiussorum iam prehabita prememoratis domine . . . abbatisse et conventui de qualibet evictione prestabimus warandiam. Si vero aliquis fideiussorum mortalitatis medio tempore tributum persolverit, substituemus alium equivalentem rebus et honore. Ut autem factum hoc nulli cedat in dubium sed perpetuam capiat roboris firmitatem, presentem paginam super hoc confectam munimine sigilli domini Rezonis decani ecclesie Orengeawensis fecimus roborari. Huius facti testes sunt predictus dominus R. decanus, Waltherus advocati, Sifridus de Tindebach², Hermannus rector scholarum canonici ecclesie Orengeawensis, Raveno de Nawenstein, advocatus senior de Waldenberch, Heroldus de Oren milites, Heinricus advocatus dictus Gotiar, Lüdewicus sculthetus in Orengeu, Wlframmus sculthetus senior, Hugo sartor et alii quam plures fide digni.

 Acta sunt hec Orengeu, anno incarnationis domini MCCLXXXIX., XIII. kalendas Decembris, indictione II.,³ ciclo solari X., ciclo lunari XVII.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Beschädigtes Siegel, spitzoval, Maria mit dem Jesuskind, einen Beter segnend; von der Umschrift: REZONIS N . ORENGA . .
 Auf dem Rücken der Urkunde von wenig späterer Hand: littera domini Poppi de Eberstein.

²Dimbach, Bretzfeld, KÜN.

³Nach der indictio Romana.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GA 10 Schubl. 21 Nr. 9

Überlieferung und Textkritik:

Original. War ehemals im Fürstlich Hohenlohischen Archiv in Öhringen. Eine Abschrift befand sich im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatrar HStA Stuttgart H 14 Nr. 118, S. 173.

Editionen:

Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 109, Nr. 92 (mit XIII. kal. Dec).

Regesten:

KARL WELLER (HRSG.): Hohenlohisches Urkundenbuch, im Auftrag des Gesamthauses der Fürsten zu Hohenlohe, 3 Bde., Stuttgart 1899-1912, 1, 338, n. 495 (mit Nov. 19).

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Öhringen

Ortsindex:

Dimbach Wohnplatz (2351)
 Dimbach, Bretzfeld, KÜN
 Gnadental Wohnplatz (3103)
 Gnadental, Michelfeld, SHA
 Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W
 Kochersteinsfeld Wohnplatz (2330)
 Kochersteinsfeld, Hardthausen am Kocher, HN
 Maisenhälden Wohnplatz (2091)
 Maisenhälden, Möckmühl, HN
 Möckmühl Wohnplatz (2092)
 Möckmühl, HN
 Neuenstein Wohnplatz (2539)
 Neuenstein, KÜN
 Oberkessach Wohnplatz (2656)
 Oberkessach,

IV

Schöntal, KÜN
 Oberohrn Wohnplatz (2621)
 Oberohrn, Pfeldelbach, KÜN
 Rappach Wohnplatz (2357)
 Rappach, Bretzfeld, KÜN
 Rossach Wohnplatz (2657)
 Rossach, Schöntal, KÜN
 Tegerenbach Wüstung (21893)
 Tegerenbach, Hardthausen am Kocher, HN, W
 Unterkessach Wohnplatz (2247)
 Unterkessach, Widdern, HN
 Waldenburg Wohnplatz (2688)
 Waldenburg, KÜN
 Würzburg, WÜ
 Öhringen Wohnplatz (2576)
 Öhringen, KÜN